

*Sed mecum tu te, MI FRATER, collige rursus ;
Nostro puncto eget haud JUDICIUM DOMINI.
Ipse scit, atq; facit, bona qua sunt : Fortiter omne
Ferre decet quem vis, cui Pietatis Amor.
Si non promit humus, qua prospera, lætaq; qua sunt :
Cælum constanti munere cuncta dabit.
Et desiderio capiemur ad aethera majori,
In quo thesauros novit uterq; suos.
Frater chare, gravem, quæso, compeſce dolorem :
Non bonus est miles, qui gemitu sequitur
Sive Ducem, sive hunc, quem bellica castra verentur.
Est DEUS, & cum nos cadit, eritq; Pater.*

*PR. ANDRÆE, ipsis Exsequialib.
AN. MDCXXIII.
fraterna adfectione destinat
GOTFR. BAUDISIUS.*

*Qvos mihi, sancte Pater, dederas, Tibi reddo. Beata,
Opto, quies sit Eis ! sit mihi dulce SEQUI !
ADVERSA BEANT.*



ANDRÆE BAUDISI
GOTFRIDI F.
PUELLI QUASI ANNICULI
FUNUS,
BENEVOLENTIUM LACHRYMIS
HONORATUM.



LIGNICI
A. CH.
MDCXXIV.
•••••

CERNITE MORTALES:
QUANTUM EST IN REBUS INANE!
TUMULUM HEIC SIVE
SUGGRUNDIARIUM
FECIT,

QUEM DESIDERIORUM MEORUM
AC DOLORIS SEQUESTREM
INDIGITARE
PROPINQVO IN LAPIDE
NON DUBITAVERAM.

VOS AGEDUM AUFERTE HINC SPES
ET TERRESTRIA VOTA;
AT CAPE TUCELUM VOTAQUE
SPEMQUE MEAM.

GOTFRID. BAUDISIUS
ANDRÆ FILIOLO DULCISS.
H. L. P. C.

OB. ÆT. XLIII. SEPTIMAN. IN VIGIL.
PENTECOST. A. CH.

MDCXXIII.



537348

J. C. B.
TUMULUS ACROSTICHICUS;
extractus Javoræ d. 6. Junii A. 1623.

ANDREAS situs est BAUDISIUS hocce, Viator,
Non Tumulo, Suggrundii Honore sed hocce (cadaver
Ducere enim infanti Tumulum an queat?) ille tenellus
Reliquit terras infans, Cælos $\frac{1}{2}$ petivit:
EXUVIÆ Hujus in Hoc requiescunt Limine Honoris.
A Genitore is erat GOTFRIDO hæc natus in auris:
Sed Genitrix, cheu, vix natum, & lacte cibandum
Bland, deseruit, maturâ haut morte, remota:
A quo materno nutrimento procul actus
Uberibus $\frac{1}{2}$ Puer Genitricis & ipse revulsis
Ducenda his Terris Vitæ stamina aditq;
Infans astra, astra is sat adultus, & aptus ad astra.
Sed Pater orbis ita est Sobole omni! Coniuge & orbis?
Ista Hominum Sors est heic, Sors melior manet Isthic.
Uivant Felices Anime! Solaminis Auctor
Soleatur Viduo Huncce thero Patrem Infelicem!

Condolentiz attestandæ Ergò
Venâ nigrâ, Mente candidâ
â G. KOBERO D. Bole:lav. Poliat.

ERgò iterum, antiquis tum nondum obducta cicatrix
Vulneribus pectus jam nova plaga ferit;
Plaga ferox, qua non alia est atrocior ulla,
Que patris cordis viscera fida movet.
Coniuge heic quondam flos, qui tibi primus & unus,
Matris avi $\frac{1}{2}$ instar filius occubuit!
O vulnus! duri lex o durissima facta!
Dicat, cui Domini non bene nota manus.
At Tu aliter GODEFRIDE: nec hæc modo vulnera spectes:
Verum etiam per quem, quoq; ea sine habeas.
Quem nosti Fidum, qui vulnera datq; levatq;
Non sine cunctorum hoc commodi. ut facit.

70

Te monet humani nulli fas fidere rebus,
Et totum Domini tradere se arbitrio.
Andream vero sublatum e carcere mundi
Elysi in utri junxit avo, & plagis.
Suggeret haec pietas tu i fas, te j, eriget una:
In Fido fidas, perfidus esse nequit.

In amoris & doloris testim. pang.
MICHAEL HENE.

UT, quan to ventis concitum saevit mare,
Fluctus prior fluctu sequente impellitur,
Reciprocisq; insultibus fellam ratem
Concussat, & tantummodo non opprimit;
Sic proximo hoc biennio fors aspera
Aedes tuas, non unicâ saltem vice
Sed pluribus pulsavit, atq; iis ferè
Internecinum comminata est praelium.
Nam lacrymæ vix post Sororis optimæ
Funus locatum, coeperant arefcere,
En fida conjux heu! REBECCA BLANDULA
Terras relinquit, & sepulchro conlatur.
Qui fluctus, ut ballista muros, verberat
Pectus tuum, dum febris artus exedit.
Nec dum cicatrix altera hæc coiverat,
Hem filius tuus cadit ceu flosculus
Seqveller heu! doloris & luctûs gravis,
Sic proximo hoc biennio quem vidimus
Sponsum, maritum, tum patrem lætissimum,
Nunc ce nimus cassum maritâ & filio.
Et sic premuntur præterita novis malis,
Dolor dolori, luctus est luctûs comes.
Sed navitarum more, fluctibus sali
Audentiùs resiste, ut integerrimis
Fiduciæ remis, & ancorâ Spei.
Nixus, carinam in alterum impellas latus,
Namq; ut vides, summi parentis gratia
Prioribus jam seculis, sanctissimos
In hac palæstra exercitatos reddidit.
Horum beata stringito vestigia,
Et maximè Jobum æmulatus, dicito:
In seculorum haud finienda secula

Sit laus

Sit laus honorq; Numini ter Maximo!
Tot cladibus, nil abstulit, præter Suum,
Quod jure rursus postulavit optimo.
Nam cuncta, quæ possederam, DEUS dedit,
Idem abstulit, vel (si hoc videtur durius)
Idem recepit, non ut instar judicis
Me multet infortunio, sed ut MEOS,
Gnaum, sororem, conjugemq; ex arido
Friabilq; suscitatos pulvere
Posthæc mihi majore reddat gloria,
Et copulâ nos nectar insolubili.

Quod restat, ipsemet tuus suspiriis
Preces meas jungam, & supremi Numinis
B-nignitatem orare pergam seculò,
Ut efficaci Spiritûs præsen-ia
Pectus tuum soletur, & pro triplici
Luctu, tibi centena portet gaudia:
Vel, si minus Pœticum hoc, pro triplici
Luctu, tibi mille dona donet gaudia.

FIAT!

cura Deias testand e causâ animi tuis rov.
M. CHRISTOPHORUS WAGNER.

BAUDISTI thalimus tumulis cumulatus in ipso
Ilore ruit! Conjux, filiolus j, cadunt.
Heu! non nostrum est, tantos recitare dolores!
Iâ n cito spes omnis deperitura fuit?
Nec luctûs sedes! dolor alter ab altero! uter j?
Dividuatî animi nescit habere modum.
Nescit habere modum repetitus, amoris ab unis,
Conjugis ob mortem, filiolis j, dolor.
Us j, adeone mori miserum est? mors nobile lucrum!
Dulcius, heus, nihil est, quam bene, posse mori,
Unica cura, mori, mortalibus esto! sat ille
Vixit, qui benè vel jam genitus, moritur.
Te facile expedies, si nil mortale placebit!
Solamen, tanto in turbine, SEU erit.
FABIANUS SCHUBERT.

ANDRE-

ANDREAS BAUDISTUS.
DIA URBS SANA, DIVES.

Sponsus hilaris, Vincli jugalis Assertor
Alacris, Parensq; lepidioris infantis
Cordatus, anni unius heni videbari,
Germane dulci, extitisse decursu.

Felicitas ut rara erat tibi tanta,
Sic singulare quid, bono tamen fluxu,
Portendere arbitrabar intimis sibi
Protinus. O ut vero optime voluta
Eventibus frustrantur orbis in circo
Saepe heic suis! O ut sequens prioris non-
raro magister est dies! Vel hoc cursus
Vita tuae mirus docet. Lepores ab
Sponsi ubi jocantes? Fabulationis ab
Cum pectori dimidio ubi occillantes?
Tenelluli conficta in Ascanti lusus
Svaves ubi popysmata? Affrenatum heni qui
Erit modo graves quod exprimat luctas
Luctusq; non unos? Abisse ab hoc Vestro,
Viditq; tristu nomine invidio hunc Vestrum
Onerare cur sic instituit? Ut vita
Privata gaudis h. muphario dura est
In orbico! Fit durior, bonis quando
Ita recreantibus carere contingit.

Abynthii sic heic acerbius caris-
sibi propinat poculum DEU! Sic res
Mortalium disponit universas &
Vitam omnium, ut pios gravent licet, carne
Sic judicante, angustiae tamen praesent!
Augusta mens h. ec, pressu que malu vim
Recusat. Augusta heic habere novit spes
Semper, parata sede celsa augusta
Restare praemia. Desitura nunquam non
Opronia! Hi fructus REFRCCA perfectè
Cum prole jam satii, nihil quibus cum urbe

Commerciis

Commerciis amplius operuq; terrenis
Reliquum. Heic quibus non indigemus? Heic morbi
Quis non fatiscimus! Nihil polo tale.
Urbs dia sana, dives est. Tui certi
Facti huius incole. Tuis quoq; adjunctus
Olim futurus talis es. Vigebis sic
(Solatum hoc quantum!) statu in bono demum
Sponsus hilaris, Vincli jugalis Assertor
Alacris, Parensq; Parvule cruce exentus!

Ex verbis B. Hieronymi.

Filius est raptus? Sors dura quidem, ad tolerandum
Apta tamen. Nempe, hunc qui dederat, rapuit.

In societate fraterni doloris
hoc Solatii cum affectu adjicit
M. LEONHARTVS BAUDISTVS LigVs.

Fas haut dolere, parvulus
JOVA Pater cito dum turbato hoc evocat orbe,
Mentes priusquam crimine
Collutulant, atq; aure bibunt contagia fecli,
Ab omnibus patientia,
Tam gravata & tam horrenda ea, partibus, omnis ut aures
Visumq; pectori simul
Abdita, qui pius est, qui CHRISTI sanguine gaudet,
Avertat, & totus tremens
Obsupeat, pœnasq; Dei praedicat atroces.
Fas haut dolere, vel nigras
Velle ob eos vestes, quos ad celestia Tempe
Scimus relatos, vestibus
Et niveis animo gaudentes novimus uti,
Quos nostra desuper mala
Non ignoramus sensu execrari aequo,
Nostramq; voti improbis,
Ex his terrenis vinclis, optare salutem,

Con-

Conjunctionem serio

Expetere, & secum congressus pascere amicos.
 Fas haut dolere, parvulos
 Dum mala nulla premunt nostros, at gaudia firma
 Manent in arce siderum.
 Credo idem mecum, etsi carnis lucta reclamat,
 GOTFRIDE mi dulc. s. me,
 Quando Deo reddis, dederat quod pignus Amoris
 Ardentiore mutuum,
 Et Nati corpus Matrini juxta ossa reponis.
 Sit illa praesto o horula,
 Quae tot flebilibus, tot curis tristibus, & tot
 Morbis soluti liberè
 Eternos super axe dies agitare licebit!
 Hercula (itero:) illa o praesto sit,
 Quae, quos perdidimus, cum his conjungemur ovantes!
 Quae Condi:ori Maximo
 Devote laudum praetonia digna canemus!
 Valet mundana omnia;
 Gloria sordet vestra, arridet gloria celi;



ad quam suspiro,
 M. ANDREAS BAUDISIUS, Ligius,
 Scholæ Strig. R.

Ad Nepotem ex fratre beatum.

Gracæ, ANDREA, voce sonant tua nomina FORTEM,
 CHRISTI ubi, quæ sumisti, SANGVINE lotus eras.
 Qui, quos perpeffus, tam duros vidit agonas,
 FORTITER, asserit hic, Te occubuisse: poli
 FORTITER atq; VIRILITER (: Est mens mascula Virtus
 Praeclara :) asserit hic, & Te adiisse domos.

ADVERSA BEANT.



EPICEDIA
 Memoriae
*Honestissimi, Virtutumq; ac huma-
 nitatis artium studiosissimi
 Adolescentis,*

JOHANNIS Weisfegel /
Praestantissimi ac Honoratissimi
Viri

DN. GREGORII Weisfegel /
 Civis apud Vratislavienses spectatissimi, ibi-
 demq; Primariæ Zithopolarum tribus
 Senioris dignissimi,
 Filii;
 Anno Christiano MDCCXXIV.
 VIII. Calend. Majas,
Utroq; Parente superstite, pie placideq; defuncti,
 à
Præceptoribus & Condiscipulis
consecrata.

VRATISLAVIÆ,
 Ex Officinâ Typographicâ
 Baumannianâ.